



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 46. Gubernatricis edictum pro exequendis Hispaniæ Regis mandatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul.XVI.  
A.C.1565.

§. XLVI.

*Gubernatricis edictum pro exequen-  
dis Hispaniæ Regis mandatis.*

Strada 1.4.

*Cum nihil Regi charius tranquillitate sit  
harum provinciarum, velitque obviam  
ire summis malis, quibus populos sane  
complures mutata semel Religione misere  
afflictatos videmus; idcirco Majestas ejus  
præcepit, ut edicta tum Caroli Patris,  
tum sua, & decreta Tridentini Concilii,  
ac provincialium Synodorum integre ser-  
ventur, necnon sacris Quæsitoribus favor o-  
mnis, atque auxilium impendatur, relata  
apud eos hæresum cognitione, quemadmo-  
dum*

*differri: cum satis confllet experientia, præceps,  
volatilemque malum cessatione, atque indulgen-  
tia imperite curari. Dein præcipio, ut Quæ-  
sidores caffarum fidei, neque novum in Belgio  
tribunal, neque non summopere necessarium, u-  
bique persimile retineantur, omnique ope a Gu-  
bernatrice, ac reliquis Provinciarum Praefatis  
adjuventur. Postremo quoniam Concilium Tri-  
dentinum jam Belgis imperatum erat, supereft,  
ut ejus decretis, simulque edictis tam Impera-  
toriis, quam Regiis pareatur: Oro proinde  
Gubernatricem, ut in iis procurandis industria,  
sedulitatemque, quantam potest, maximam im-  
pendat: cum nihil aut mihi gratius, aut Pro-  
vincius opportunius effici a quoquam mortalium  
possit.*

dum humano, divinoque jure ad illos per-Sæcul. XVI.  
 tinet. Hæc Regis in Dei cultum, Bel- A. C. 1565.  
 giique commoda intendentis voluntas est,  
 de qua admonitum te voluimus, ut eam  
 sine ulla exceptione complectaris ipse, tu-  
 que Provinciæ Magistratibus statim pro-  
 mulges, ac strenue cures, nequid in ea  
 servanda ab aliquo quadecunque cauſa  
 prætereatur, proposito contra violatores  
 metu pœnarum, quas in literis edicto sub-  
 jectis recensemus. Ut vero hæc facilius  
 exequaris, deliges e Senatu isto certum  
 hominem, cuius sit provinciam lustrare, se-  
 duloque dispicere, an ea, quæ edicto ju-  
 bentur, a Magistratibus, populoque recte,  
 atque ordine fiant, tuque, delectusque a  
 te Senator, tertio quoque mense ad nos  
 accurate omnia referetis, ac nostrum e-  
 rit, operam hac in re nostram omni ope,  
 ac studio promovere.

Hoc Regis consilium Belgio adeo  
 perniciosum, ac tantopere ipsimet Hi-  
 spaniæ Regi funestum accelerabat no-  
 vos illos tumultus, qui anno sequenti  
 populis ad seditionem commotis in a-  
 pertas flamas eruperunt (\*).

### §. XLVII.

(\*) Si singula edicti verba a prudenti, &  
 Catholico Viro perpendantur, ne quidem u-  
 nicum reperiet, quod rebellioni occasionem  
 dare potuisset aliis, nisi illis, qui a vera fide  
*Hist. Eccles. Tom. XLVII.* Gg de-